

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3 vtrum faciat tremorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

Cap. 3. Part. ante mediū. con. 5. ut Philosophus in 3. Eth. \* dicit. Consiliariū de ma-  
gnis in quibus quasi nobisipsiſ discredimus. Ea autē,  
que timorem incutunt, nō sūt ſimplieiter mala, ſed  
habent quandam magnitudinem, tū ex eo qđ appre-  
henduntur, ut quæ difficulter repellit pñt: tum etiam  
quia apprehenduntur ut de prope exiftentia, ſicut iā  
dīdūt eſt. \* vñ hoīes maxime in timorib. querūt  
consiliari. Altō mō dī aliquis consiliatiuſ a faculta-  
te bene consiliandi, & ſic nec timor, nec caliqua paſ-  
ſio consiliatiuſ ſacit: quia homini affecto ſecundū m-  
aliquam paſſionem uidetur aliquid uel maius, uel  
minus, qđ ſit ſecundū rei ueritatem: ſicut amanti  
uident ea qđ amat, meliora, & timent ea qđ timet,  
terribilia: & ſic ex defectu rectitudinis iudicij que-  
libet paſſio, quantum eſt de ſe, impedit facultatē be-  
ne cōſiliandi. Et per hoc patet rēſponſio ad Primum.

Cap. 5. a. med. Cap. 3. to. 5. A D II. Dicendum, quod quantō aliqua paſſio  
eſt fortior, tantō magis homo ſecundū ipſam affe-  
ctuſ impeditur. & ideo quando timor fuerit fortis,  
uult quidem homo consiliari, ſed adeo perturbatur  
in ſuis cogitationib, quod conſilium adiuuenire  
non potest. Si autem ſit paruuſ timor, qui ſolicitudi-  
nem consiliandi inducat, nec multum rationem cō-  
turbet, potest etiam conferre ad facultatē bene cō-  
ſiliandi ratione ſollicituſ diuinis conſequentiis.

In corp. 2. A D III. Dicendum, qđ ſpēs facit consiliatiuſ :  
quia, ut in 2. Rhet. \* Philosophus dicit. Nullus confi-  
liariū de his de quibus desperat, ſicut nec de impos-  
ſibilibus, ut dicitur in 3. Ethi. † timor tñ facit magis  
consiliatiuſ quā ſpēs, quia ſpēs eſt de bono, pro-  
ut poſſumus iſipſum conſequi: timor autem de malo,  
pro utrū repelli potest: & ita magis respicit rationē  
difficilis timor, quā ſpēs in difficultib autem, ma-  
xime in quibus nobis non confidimus, cōſiliariū ſunt  
ſicut dictum eſt.\*

## ARTICVLVS III.

Vtrum timor faciat tremorem.

Sup. artic. I. ad 2. fin. Et pl. 17. co. 7. A D TERTIVM ſic procedit. Videſ, qđ tremor non  
ſit effectus timoris. Tremor. n. ex frigore acci-  
dit: uideamus enim in frigidatō tremere. timor autē  
nō uidetur cauſare frigus, ſed magis calorem defi-  
cautem, cuius ſignum eſt, quod timentes ſitiunt, &  
præcipue in maximis timoribus, ſicut patet in illis qđ  
ad mortem ducentur. ergo timor non cauſat tremorem.

L. 4. in fol. 4.2 princip. libri. Ar. l. huius q. ¶ 2 Præt. Emissio ſuperfluitatum ex calore accidit,  
unde ut plurimum medicinæ laxatiuſ ſunt calida: ſed huimodi emiſſioneſ ſuperfluitatum ex timo-  
re frequenter contingunt: ergo timor uidetur cauſare calorem, & ſic non cauſat tremorem.

Tex. 38. to. 2. Rhet. 2. 2. Rhe. ¶ 3 Præt. In timore calor ab exteriorib ad interiorib reuocatur. Si igitur propter h̄mōi reuocationem  
caloris in exteriorib homo tremit, uidetur ſimi-  
ter, quod in omnib exteriorib. membris deberet  
cauſari tremor ex timore: hoc autem non videtur.  
non ergo tremor corporis eſt effectus timoris.

Tex. 38. to. 2. Rhet. 2. 2. Rhe. SED CONTRA eſt, quod Tullius dicit in 4. de Tu-  
ſculanis quæſtionib: quod timorem ſequitur tre-  
mor, & pallor, & dentium ſtrepitus.

R ESPON. Dicendum, qđ ſicut ſupradictum eſt, \* in  
timore fit quādā cōtrachio ab exteriorib ad inte-  
riora: & ideo exteriora frigida remanent, & propter  
hoc eis accidit tremor, qđ aut ex debilitate uirtu-  
tis continentis membris. Ad huimodi aut debilita-  
tem maxime facit defectus caloris, qui eſt instrumen-  
tum, quo anima mouet, ut dicitur in 2. de anima \*. \*

A D PRIMVM ergo dicendum, quod calore ab ex-  
teriorib ad interiora reuocato, multiplicatur calor  
interius, & maxime uerſus inferiora, id est, circa nu-  
tritiuam: & ideo conſumpto humido conſequitur  
ſitis, & etiam interdum ſolutio uētris, & urinæ emiſ-  
ſio, & quandoque etiam ſeminis, vel huimodi e-  
missio ſuperfluitatum accidit propter contrac-  
tione ventris, & testiculorum, ut Philosophus dicit  
in libro de problematibus. \* unde patet ſolutio ad  
Secundum.

A D TERTIVM dicendum, qđ quia in timore calor  
deſerit cor, a superioribus ad inferiora tendens: iō ti-  
mentibus maxime tremit cor & membra, que hēant  
aliquam conneſſionem ad peſtus, ubi eſt cor: unde ti-  
mentes maxime tremunt in uoce propter uincitatem  
uocalis arteriæ ad cor. tremit etiam labium inferioris  
& tota inferior mandibula propter continuationē  
ad cor, unde & ſtrepitus dentium ſequitur: & eadē  
ratione brachia, & manus tremunt. Vel etiam quia  
huimodi membra ſunt magis mobilia propter qđ  
& genua tremunt timentibus, ſecundū illuſ d Isaiae  
35. Confortate manus diſſolutas, & genua tremen-  
tia roborate.

In ſectione  
17. Probl. 11. to. 6.

## ARTICVLVS IIII.

Vtrum timor impedit operationem.

Ar. 2. huius quæſ. A D SECUNDVM ſic procedit. Videtur, qđ timor  
impedit operationem. Operatio enim maxi-  
me impeditur ex perturbatione rōnis, que dirigit  
in opere, ſed timor perturbat rationem, ut dictum  
eſt. \* ergo timor impedit operationem.

¶ 3 Præt. Illi qui faciūt aliquid cum timore, facilius  
in operatione deficit: ſicut ſi aliquis incedat ſu-  
per trabem in alto poſita, propter timorem de fa-  
cili cadit, non autem caderet, ſi incede: et ſuper ean-  
dem trabem in imo poſitam, propter defectum ti-  
moris. ergo timor impedit operationem.

¶ 4 Præt. Pigritia, ſive ſegniſties eſt quādā ſpē timo-  
ris, ſed pigritia impedit operationem. ergo & timor.

S E D C O N T R A eſt, qđ Apostleſ dicit ad Phil. 2.  
Cum metu & timore ueſtrā ſalutē operamini, qđ  
non diceret, ſi timor bonam operationem impedit.  
timor ergo non impedit bonam operationem.

R ESPON. Dicendum, quod operatio hoīis exterior  
cauſatur quidem ab anima ſicut a primo, mouente,  
ſed a membris corporis ſicut ab instrumentis. Con-  
tingit autem operationem impediti & propter defec-  
tum instrumēti, & propter defectū principalis mo-  
uentis. Ex parte igitur instrumentorum corporaliū  
timor, quantum eſt de ſe, ſempre natuſ eſt impedi-  
re exteriorē operationē pp defectū caloris, qui ex  
timore accidit in exteriorib mēbris: ſed ex parte  
animæ ſi ſit moderatus non multum rationem per-  
turbans, conſert ad bene operandum, inquantum  
cauſat quādā ſollicitudinem, & facit hoīem atten-  
tius consiliari & operari. Si uero timor tantū incre-  
ſeat, quod rationē perturbet, impedit operationē eſt  
ex parte animæ, ſed de tali timore Apostleſ non lo-  
quitur. Et per haec patet rēſponſio ad Primum.

A D SECUNDVM dicendum, quod illi qui ca-  
dunt de trabe in alto poſita, patiūtur perturbatiōes  
imaginationis propter timorem cauſus imaginati.

A D III. dicendum, quod omnis timens refugit id  
quod timet: & iō cūm pigritia ſit timor de ipſa ope-  
ratione inquantum eſt laboriosa, impedit operationem,  
quia retrahit uoluntatem ab ipſa, ſed timor qđ  
eſt dealiis rebus, intantum adiuuat operationē, in-

Prima Secundæ S. Thomæ. M 2 quan-